



Tabo III. 3154.

SUPREMAM PHILOSOPHIÆ LAUREAM,
RECTORE MAGNIFICO,

VIRO
SUMME REVERENDO, AMPLISSIMO
ATQVE EXCELLENTISSIMO,

DN. JOHANNES ANDREA
QVENSTEDT,

SS. Theol. Doct. & Prof. Publ. famigeratissimo,
Alumn. Elect. Ephoro Primario, Gravissimo,

DECANO SPECTABILI,
VIRO

NOBILISSIMO, AMPLISSIMO AC
EXCELLENTISSIMO,

DN. CHRISTIANO Kōhrenseu/
Philosoph. Moralis & Civilis Prof. Publ.

Celeberrimo,

VIRO - JUVENI

EXIMIO atq; CLARISSIMO,

DN. GEORGIO MICHAELIS,

Steinensi Hungaro,

in solenni Eruditorum Panegyri

d. 25. April. An. MDC LXXXI.

dignè collatam,

felicem esse jubent

DN. PATRONI, PROFESSORES, FAUTORES
AC AMICI.

Imprimebat MATTHÆUS HENCKELIUS, Acad. Typogr.

71

*new
rule*





Mnia tempus habent: verè proverbialia
dicunt:

Dulci repletur, peperit cùm, foemina
lacte.

Artes ingenuas bene si quis fovit, amara
ras

Non modò radices gustabit; pocula dulcis
Nectaris accipiet, cùm congrua venerit ætas.
Ibit in exemplum MICHAELIS, sedulus artis
Ingenuæ cultor, quò non felicior alter:
Auctus honore novo, meruit quæ, dulcia sentit.
Porro piis adsit DOMINUS conatibus ejus,
Præsidioq; suo felicem præstet in ævum!

Johannes Andr. Qvenstedt, D.
h. t. Acad. Rector.

Sunt tria quæ faciunt Doctorem Philosphiæ:
Præcipuum est NATURA, DEI quæ munere, PROMTA,
Hanc DOCTRINA polit Doctorum voce, librisq;ve;
Perficiunt tandem ΓΥΜΝΑΣΜΑΤΑ crebra Scholarum.
Hæc TIBI conciliant, MICHAELIS, summa Brabeia,
Decernente Σοφῶν hîc præcellente Senatu.
Gratulor, & voveo, quò fructus inde sequantur
Eximii, precibus quos Summi gratia cedit.
Nonquam cassa fuit Tibi sancta precatio: Nonquam
Defuit ille TIBI, quem Tu veneraris amasq;.

f.
Abraham Calovius, D.
Tu

EN pietas Virtusq; Tibi meruere coronam,
Nexerunt Musæ, capitiq; imponit Apollo.
O te felicem! merita sic longa laborum
Tædia mercedem capiunt: ne pergere cessa,
Nam Tibi pergenti multò meliora dabuntur.

Johannes Meisnerus, D.

PLurima doctrina certamina rite subisti
Hactenus, hinc meritò nunc datur *Artis Honor*.
Sæpius in *Cathedra* multâ cum laude stetisti,
Verbaq; fecisti *sedulus* ore tuo.
Thesaurosque tuos nullâ ratione dedisti
Obscuris tenebris, pro pietate tua.
Commoda multorum jam quærere Tu capisti:
Perge piis studiis dicet *Jova* bene!

JOHANNES Deutschmann / D.

Kling - Getichte

Zu Ehren Herrn Georg Michaelis
aufm König-Reiche Hungarn/ als Er zum Magi-
ster Philolophiæ creirt ward.

S O gehets recht nach Wunsche: der Tugend folgen Ehren;
Wer lang und wol studirt/ auch offenbahrt die That/
Der kömmt zum Lorbeer Kranz und Krone nicht zu spat/
Die kein Giftvoller Mund mit Schmähen kan verschren.
Ihr/ Ihr/ Mein werther Freund/ führt weiser Leute Lehren
Beym Chor der Musen an mit wolbedachtem Rath/
Und schreibt der Welt zu gut / was sein Nachdencken hat.
Doch nicht geruht/ Ihr müßt den edlen Schatz vermehren:
Vertheidigt Luthers Lehr/ mit einem Helden Muth/
Wie hier zu Gottes Lob / der Grosse Calov thut/

A 2

Dem

Dem GOTT und Fürsten hold / und hat gewünschte Seegen:
So werdet Ihr auch ein Gelehrter Hungar seyn/
Als LANGE (Herzens-Freund) des Hungarlandes
Schein /

Dem alle Welt den Ruhm des Frommen muß zulegen.
abgefasset von

Joachim Nergern / Schlesiern /
D. Prof. Pandect. Publ. Churfl. Sächs.
Hoffgerichts / Schöppenstuls und der Ju-
risten Facult. alhier / wie auch des Fürstl.
Sächs. Landgerichts im Marggraffthum
Niederlausitz Assessor.

Quam Tua promeruit pridem spectata coronam
Naturæ probitas, assiduusq; labor,
Jam Tibi Præclarus nectit digno omine Phœbus:
Spondebo Patriæ Te fore grande decus.

W. T. Martini, D. & P. P.

Per varios casus, per tot discrimina rerum,
Perq; gradus petitur summus honoris apex.
Hoc quoq; testatur Musis MICHAELIS Amicus,
Plurima qui fecit, plurima quique tulit.
Nunc verò claro maculatur honore Sophorum,
Hic Tibi sit faustus, sic mea vota volunt.

Gratulabundus scribeb.

D. GODOFREDUS Straus / P. P. ac Con-
siliarius Electoral. Saxon.

Sleich wie ein kluger Arzt des Menschen Leben führet/
Wohin Natur und Kunst gewisses Mittel zeigt/
Wenn erwan dessen Leib die blasse Krankheit rühret:
Gibt dieser Kraut und Saft / das Morta selbst schweigt/
So wird das Leben auch curiret und geleitet
Durch Weißheit als Arzney; wohl dem / wo diese steckt.
Dadurch wird vieler lob auff Erden außgebreitet/
Dadurch wird Laster todt und Tugend aufferweckt. Dieß

Dies hat Er Michael mit reiffen Wiß erwogen/
Und sie zum Eigenthum nur einzig außerwehlt :
Drumb hat sie Ihm zum Lohn den Sternen zugezogen/
Und der Magister Zahl nach Würden bengezehlt.

MICHAEL SENNERTUS, D.

HAstenus assiduè Sophies certamina dura
Certasti, à teneris dura tulisse juvat.
Hos nunc sublimes meritis conscendis Honores,
Nunc decorat dignum digna corona caput.

Gratulabundus adponebat

D. Jeremias Loffius, Born.

Anat. & Bot. P.P.

Alma tibi meritò quæ Præmia Leucoris offert,
Quilibet agnoscit digna labore tuo.
Sera quidem veniunt, sed quæ sunt grata, ea fera
Non sunt, adveniunt sat citò grata satis.
Perge modò & nulli, velut olim, parce labori,
His etiam multò post meliora feres.

Ernestus Wilhelms Vogelius, D.

Jurid. Facult. Assessor, Curiaq; Elector. Ad-
vocatus Ordinarius.

O Men adest! istud felix faustumq; Supremum
Esse velit Numen, quod pius optat amor.
Nempe cui lætum Vinum, Sophiaq; vetusto
More, Salem exhibui, huic Daphnide cingo caput.
Sint igitur fausti, Virtus Tibi quos dat honores,
Lugentiq; creent gaudia certa Solo.
Dulcia florentis videas Patriæ precor arva,
Cuiq; bonis studiis commoda magna feras!

gratul. f

CHRISTIANUS Köhrenssee / P.P.
& Decanus.

A. 3

Acci-

A Ccipe, MICHAEL, Tibi quod mernere Magistri
Nomen, Sedulitas, Virtus doctrinaq;. Quod si
Quid mea vota valent, voveo ut Tibi nomen honoris
Istud adoptatos cedat feliciter usûs!

scr. m. lq.

Andreas Sennertus, PP. Academ. Sen.

A Mice, postquam strenuè hactenus Sapiëntia
Et artibus bonis vacasti; Premia
Capesse, quæ dudum merita virtus tua est.
Majora digna Te sequantur, apprecor.

Constantinus Ziegra / D. P. P.

Q Vis, veluti Deus est? MICHAEL. Quis in Arte Magister?
Steinensis Panno. Cur bona verba negem?

G. C. KIRCHMAJERUS.

L Eucorides plaudunt: ades panduntur Honoris,
Dantur & ex merito digna brabèa Sophis.
In quibus & florent clari MICHAELIS honores:
Nil quicquam noceat floribus, opto, novis!

MICHAEL Strauch / Mathem. P. P.

T E labor assiduus doctas armavit in artes,
Quas fovet optato Leucoris alma sinu.
Hinc labor eximio dignum Te maclat honore,
Ito, manet felix, quem labor armat, honos.

Michaël VValtherus, P. P.

E Xercuere plurimi & gravissimi
Industriam tuam labores, quæis malis
Immensa moles addita est. Sed strenuè
Annisus es contra: nec infortunium
Firmissimam mentem potuit infringere,
Bonæ Tibi eruditionis copias
Laudabiles dudum parasti. Premia
Jam fers laboris, & capis solatia,

Deum

*Deum precor, fortunet ut dehinc tua
Studia, atque donet ampliora munera.*

In honorem recens creati Dn. Magistri
faciebat subitò.

BALTHASAR Stolberg / Prof. Publ.

Fortis ut Atrides hostes devicit acerbos,
Sic Tua jam Virtus monstra subegit ovans.
Plaudunt Aonides, meritum gratantur honorem,
Qui post sudores commoda multa feret.

Honoribus novis meritò libenterq; accinit

Conr. Sam. Schurzfleisch, P. P.

Quid non vincit amor, Labor improbus omnia vincit:
Vicisti & summo Vertice, Victor, ovas.
Pegasidum, Cultor MICHAEL dilecte, sororum,
Vive diu, & felix Laurea feta gere.

Gratulabundus scribebat

Christianus Donati, P. P.

Per septem geminas ductus feliciter artes,
Nunc septem geminâ fronde revinctus ovas.
Sint septemgemi qui dehinc sperantur honores,
Et septemgeminâ te bonitate juvent.

Theodorus Dassovius, P. P.

Sat citò, si benè sat, *velut proverbis dicunt,*
Quid nî ex corde meo grater, Amice, Tibi,
De nunc collatâ summâ cum laude coronâ,
Jam dudum meritâ, sat citò cum benè sat.

Hisce Clarissimo Dn. Magistro novello amici-
tiam suam contestari voluit cum voto
omnigenæ prosperitatis

M. Johannes Fabricius, Archidiac.

Unig

UNicuique suum tribuit *Themis* incluta: Cur non
Et *Sophie* dignis digna brabea paret?
Scilicet utuntur communi jure Sorores,
Æquum transgredier, creditur esse nefas.
Nil aliud poscit Musarum Præses Apollo,
Utpote qui doctis munera nulla negat.
Sic capit ex merito Virtus MICHAELIS honores,
Quos jubeat faustos jugiter esse Deus,

animo congratulante scribebat

Matthias Christophori,
p. r. Prætor Wittebergensis,

ÆTernum florere facit per secula Nomen
Qui *Sophiam*, sed non otia pigra colit.
Hoc Tu præ multis fecisti, *Suavis Amice*,
Ergo Tuas doctas ornat Apollo comas.
Gratulor, & si quid possum, congaudeo tecum,
Percipias felix, quod Tua vota vovent.

M. Johannes Fridericus Rüdellius,
Coll. Philos. Adjunct.

SERTA decent Sponsum, Victorem, sartaq; Myrtam;
Sed felix triplex cui diadema datur.
Perpetuo *Sophiam* tibi fœdere jungit Apollo,
Præcinctus lauro tempora, Sponsus ades,
Plurima sudoris vicisti tædia, tradunt
Pro meritis Musæ sarta, ea victor habe.
Grator quod duplex tua cingat tempora laurus,
Mox fiat triplex, per nova vota, precor!

*Hiscæ Clariss. DN. CAND. Amico atque Fautori
honoratissimo de novis honoribus dudum me-
ritis Lmâ, gratulatur*

M. S. F. Wolffhardt,
Fac. Phil. Adjunct.

EE-

Επιγραφὴ Ἰουδοῦ ἀγίου.

Flectere cū possint generosam munera mentem,
Re tamen ingrata maximus est animus.
India mittat ebur, molles sua thura Sabæi;
Quæ Regina dedit, jam tulerat Salomon.
Gratō animō Regum cumulatus honoribus amplis;
At charus Daniel maluit esse DEO.
Munera quæ gnavis sapientia donat alumni,
Grata quidem meritō, *Fautor amande*, Tibi;
Optimus est animus, qui confert munera tanta,
Nonne magis possit jure placere Tibi?
Nonne bonis magis illa placet sententia, de Te
Quam fert præclaram nobilis ordo Sophūm?
Qui Tibi concessit sapientis munera mentis,
Addet & in cumulum mox decus omne, DEUS.

Testandi amoris ergò scribeb:

M. Job: Helvicus VVillemer, Mæno-
Francofurtanus, Fac. Phil. Adj.

Premia sic claros conatūs clara sequuntur,
Dum crines Lauri cingit Apollo tuos.
Quò fervore etenim Lingvas tractāris & Artes,
Optima Musarum hinc novit abundè cohors.
Vivam haud sprevisi, cum multis mente supinā,
Vocem Doctorum, haud scripta neglecta Tibi.
Egregii hinc fructūs! quos doctis sepe probāsti
In Cathedra, hincq; novus jam Tibi cedit honos.
Hinc messem expectes: precor hanc à Numine largam:
Illum sincerè grator, Amice, Tibi.

Gratulabundus fecit

M. Georg. Fridericus Meinhardus,
Ord. Phil. Adj.
B Sex

Sex impendisti septenis Artibus annos,
Jamq; novem Musæ laurea ferta parant,
Et capiti imponit Tibi Præses Apollo, tot Unum
Testibus ornari, quid nisi laudis opus?

gratulabundus f.

M. JOHANNES Müller /
Colleg. Philos. Adjunct.

Jam tandem capies insignia clara Sophorum.
Non invidenda frontibus doctissimis:
Et capies meritò, MICHAELIS. Nam bene constat,
Virtutis esse, debitis honoribus
Ornari. Satis hoc dictum. FELICITER ergo
Adclamat omnis, cui probatur adorea!

*Prolixiori affectu, quam versu
autograd.*

M. JOHANNES Peißker / P. L. Caf.
& Lycæi Wittenberg. Rector.

Plerii cupidus dum fert sua præmia fontis,
Illius & laurò cingit Apollo caput
Hinc multà grator dudum virtute parata
Præmia, quæ dignus, Fautor Amice, capis.

gratulab. adjecit

M. Joh. Christianus Saueresfig.

Dum Tibi Sicelidum Præses largitur honorum
Præmia: dum circum tempora ferta geris,
Ex animo summum meritò Tibi grator honorem,
Et magis atq; magis, crescat ut ille precor.

*Cum voto omnigenæ prosperitatis
app.*

M. Jeremias Pilarick, Hung. Schol. Senat.
Witteb. Coll. VI.

Du-

Dudum Musa Tuos deposcit amica Triumphos,
Hincqve Tuam cingit clara Corona caput.
Apprecor ex animo Sophiae immortale *Magistri*
Nomen, & hoc faustum sit maneatqve diu!

Ita gratulatur

Martinus Leutmann,
Teutoprona Hungarus.

Post multos olim rapuit sua vellera Jason
Sudores, praestas nunc, MICHAELIS, idem.
Jam dudum Sophia Te totum rite dicasti.
Nunc properat fructus carpere docta manus.
Gratulor ex imis animi cordisqve medullis:
Doctoris saeculum, non sine laude cape.

Christian = Ernestus Creuzmann /
Siles. Medicinæ Stud.

Cursu qui poterat forti contingere metam
In stadiis, Victor praemia digna tulit.
Praemia digna tulit, redimitus tempora flore,
Laudibus excelsis latus ad astra Poli.
In stadiis, MICHAEL, studiorum examine Doctum
Est Virtus animi rite probata Tui.
Hinc merito laurum summi Tibi donat honoris
Magnus Apollo pater, Pieridesqve Deae.
Huncce Tibi summum grator de pectore honorem,
Ac opto, ut fructum sentiat inde Chorus.
Crescat continuo, lata velut arbor in aula,
Laus, honor, atqve decus, Nominis usq; Tui.

*Ita Praeeximio Clarissimoq; Dn. Candidato summo
in Philosophia honores optimè meritos
gratulatur*

Hajo König / Norda-Frisius,
Hactec

Hactenus est Sophie varios mirata labores,
Fautor amande, Tuos; idcirco tempora circum
Jam viridem ju. et doctissima serpere laurum.
Neve tibi desint merita vestigia laudis,
Sudoris signum nunc confert ordo Sophorum:
Gratulor ex animo, succedant prospera quaeque.

Paucis hisce de novis honoribus Clarè docto Dn. Can-
didato gratulari voluit

Abraham A. F. Calovius, Witteb.
Philol. & Philos. Cultor.

Autumnum anticipas, Fautor MICHAELIS amande,
Munera dum verno tempore læta capis.
Munera virtutis: Sed non discrimina virtus
Temporis agnoscit, præmia semper habet.
Ergò novos lætus cape, quos decernit, honores,
Leucoris alma Tibi; sic meruisse juvat.

Wolfgang Philippus Ernestus,
Pappenhemens.

Ecce triumphali Te Vittâ Pallas adornat,
Profit in æternum, quem modò cernis honos.

Gratulabundus apponebat

Adamus Kruberus, Strel: Siles.

EIn Zughendhaffter Geist wil allzeit oben schweben/
Und niemahls unter sich auf schwacher Erde kleben.
Wie der so nichts versteht auf dem was irdisch kreucht/
Und niemahls über sich von seinen Laster weicht.
Gar anders hat es sich mit Ihm/mein Freund/verhalten/
Es mußte sein Gemüth ob dem Studieren walten.
Drumb gibt auch Pallas Ihm den überreichen Lohn/
Erhebet Ihm mit Ruhm auf Ihrer Lehrers Thron.

Jeremias Hähne / Grünb. Siles.

☉(o)☉

Umg. VI 6

ULB Halle

3


005 905 370



VD 77







B.I.G.

Farbkarte #13



III. 3154

7A

PHIÆ LAUREAM,
GNIFICO,
O, *AMPLISSIMO*
ENTISSIMO,

E ANDREA
T EDT,

Publ. famigeratissimo,
imario, Gravisimo,

CTABILI,

AMPLISSIMO AC
ISSIMO,

NO Kbhrenseen/
Civilis Prof. Publ.

rimo,
IVENI
ARISSIMO,
MICHAELIS,

ngaro,
rum Panegyri
MDC LXXXI,

atam,
jubent
SSORES, FAUTORES
M ICI.

ENCKELIUS, Acad. Typogr.

*neuer
Pulle*

